

Persecutantibus hæc nobis obtulit, se in primis Valerij Petroniani
monumentum, cuius inscriptio tot hominis dignitates artesq;
ostendit, ut non immerito appellatione græca potuerit
Ὀδύροσ appellari, quod brevi tempore, inuenis quippe
extinctus est, multa percurrerit, nisi diligentior aliquis
communis nomine Valerios patrem et filium Ὀδύροσ
dici sibi persuaserit quod Constantij Imperatoris cursores
essent, effigiatum enim a Latere marmor duos calceis signatis
quod veredariorum Amiano Marcellino auctore indicium
est, representat, qui ante tribunal, uti existimo, Constantij,
corniculos quosdam seu pugillares porrecturi videntur
stare. Cæterum omnino patre celebratior filius Petronianus
fuit, quod decurio, pontifex, sacerdos iuuenalis, medicus
Causidicusq; erat, tum quinque gratuito legatione urbica
et peregrina functus, quod videlicet legatus pro patria ad
urbem Romam missus, quandoq; etia ad exteras regiones
gratuita operam suo usus viatico impenderit, culta autem
ab antiquis Iuuentutem deam in grammatice Comentario
Agretius tradidit Iouis et Junonis filiam atq; a græcis
Heben dictam. Pausanias affirmat, huius sacerdotes
Iuuenales nancupatos arbitror, quia ratione quirinales,
viales et id genus similia dicimus, est autem elaboratissimus
hic tumulus in Dionysij fano qua palpitum adytis